



Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

Nádasi, János

Romæ, 1657

P. Didacus de Alfaro.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

sitientes agros elicere . Hu-
ius nempe mortis gloriam.
ei P.Iosephus Anchietā pre-
dixerat sub symbolo ma-
nuum ante cœlestē conui-
uum lauandarū.

P. Didacus de Alfaro.

Panamæ in America, Hi-
spano Regio Senatorē Pa-
tre , ad mare pacificū natus,
anno 1614. Societati, ac po-
stea Indorum saluti se dedit:
& huic quidem tunc maxi-
mè , postquam ex aquis &
morte præsentissimâ Indi na-
tatoris operâ est ereptus .
Iunior cùm esset, felici car-
minis venâ Deiparam , po-
stea vbiique cultu quàm po-
tuit augustinissimo, celebravit.
In Hispania inter studen-
dum, in Deiparæ vigilijs, &
Sabbatis, æquales suos ad
communem in cœnaculo ver-

Hispanso-
Indus .
in Para-
quaria .
17.Ian.
1639.
ætat. 43..
Soc.25.

Beatiss.
Virgo.

Sabb.

A 6 be-

Mortif.

berationem inuitabat: & valebat in plures exemplum. Aliquando noctem integrā impendit describendis inschedas plurimas hisce verbis: *MARIA sine originali peccato concepta*. quas illeschedas ante lucem singulis conclave portis affixit; & sub immaculati illius mysterij tutela res ac spes suas persancte collocauit, səpē celebratis de illo votiuis sacris. In Urbe Assumptionis Collegij Rector, & S. Inquisitionis commissarius, postea Reductionum Præses, ac omnibus omnia factus est, insigni animarum lucro. Ad amicum scripsit; se hostili Ethnicorum globo casurum: id quod bárbari cuiusdam ex insidijs in eum iaculati manu factum, cùm ille

*Praevisa
mors.*

ille (omissâ quam capere
poterat fugâ) Indis Chri-
stianis contra Ethnicos fu-
rentes , & sacris omnibus
perinfensos, fidelis adesset ,
magno solatio animarum.ad
quam ille mortem se per a-
scetica vnius mensis Exerci-
tia secessu accuratissimo præ-
parârat . Corpus illius in-
sumis caloribus per triginta
leucas vectum, citra vllius
tetri odoris molestiam .

*Exercitia
S.P.Igna-
tij.*

Mors.

Vincentius Aluarus .

Scholaisticus .

Cùm Goam pergens ad
studia, à Mahometanis pira-
tis captus fuisset, vnâ cum
alio de Societate , minati
sunt Saraceni sæpiùs , se ly-
trum pro duobus his non
admissuros ; daturos utrum-
que ceruice præfectâ in ma-
re præcipites , quòd Maho-

*Lusitanus
ad urbem
Dabul.
18.Ian.
1606.
etat. 27.
Societ. II.*

me-